UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

SS. Zenobius & Zenobia. S. Ermelerdis V. S. Lucanus M. 30 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

SS. Zenobius & Zenobia. S. Ermelen-
dis V. S. Lucanus M. 30 Oct.

Caſtitas

Immola ieiunium, ut ceſſet voraci-
tas; ſacrifica caſtitatem, ut moriatur li-
bido. Chryſol.

SS. Zenobij & Zenobiæ (S. Erme-
lendis V. S. Lucani M.) quæſumus Dne
Supplicatione placatus & veniam no-
bis tribue, & remedia ſempiterna con-
cede per D. N Ieſum Chr. &c.

Ora pro Catechiſtis &

1. S. Zenobius, mox ut hæreditatem paternam adiit, ſua pauperibus erogavit & ægris. Præmium in præſenti fuit illi, donum curandi ægros, vel ſolo tactu. Itaq; â popularibus ad Epiſcopatũ tractus, eam dignitatem palma martyrii exornavit. S. Zenobia ſoror prædicti M. cum is ſub Diocletiano Jmp à Lyſia Præſide ſæviſſime torqueretur, unde fœmina metum conciperet, ipſa animos capiens, fratri ſe ſociam in equuleum & c tormenta adjunxit. Ergo juſſu Lyſiæ in ferreum lectum conjecti rore de cœlo irrigati ſunt, & voce æternam beatitudinem ſpondentium animati caput demum ſecuri ſubjecerunt.

2. S. Ermelendis V. à propoſito caſtitatis avocabatur per nobiles procos; ſed non audiit, fugit, latuit angelo ſuo duce, et aureolã virginitatis promeruit.

3. S. Lucanus M. Pariſiis celebratur.